



1788.

1. Wuerzschmidt, Franciscus Stephano: De successione
monialis in hereditatem paternam monasterio imp-
presso.
2. Weissmantel, d. Tzsd., Fac. ius. Decanus: De usu fracta
maritali; quatenus Depositionis l. hac. officia;
II P. decimund. nupt. obit. simulque solemnia
inauguralia Henrici Ernesti Ferdinandi & Petri
im miss.
26. Weissmantel, d. Tzsd.: De acceptione non idem-
plati contractus. 2 Exempl.

1791.

1. Hecker, Augustus Friedrich: De Constitutione
epidemica. ex mutato corporis humor calore,
hanc specie, quam sensibili, explicitibus.
¹⁷⁹² Weissmantel, d. Tzsd.: De condemnatione facinus roborum
en indiciis Taz art. 22. C.C. sententias pall... irritat.
¹⁷⁹³ Bachmann, Francisc. Maur. ; Ord. ius. Decanus -
De jure imperantis circa reservationem proste-
giorum ab salutem publicam, simulque solemnia
inaug. Taz Christiani, Imae. Vogel in Best

1792.

2(3) Liberi, Lutrelius Hauricus : De legi liberae
4. Listmann, Ferdinandus Philippus : De statu monarchico
et poliarchico.

B. Vogel, Ich. Christ. Simon : De requisitis torturæ

1793.

1. Wehrn, Christianus Iul : Programma: N. finibus
erichonis inter petitionem et bona fidei possessorum,
fractum ab hoc perceptorum causa, constituentis
similque et iechionis publicas iniitat.

2. Wissmannel, Io. Iacobus : Far. jas. Dickens : De immunitate
ab oneribus publicis, ab onere reficiendae viae
regiae non relevante, similique solennitate itaq. Tyne.
Lis Fibes. . . in d'nt.

1798.

Wissmannel, Io. Iacobus : De interpretatione legis
dubiae, qua velor hypothecarum facturarum annos
huius seculi trigesimus quartus restabat est.

1809.

Braunus, James Gergis : De defensione monum
in genere et infinitudine in specie

rebus

e

is

wen,

ris

Lale

U

Tyne.

is

meo

1792.

2 figures, simple drawing of the head
of a lizard, figure of a lizard, drawing of a
lizard.

6 figs, 21 plates, 10 figures, 10 tables

1793.

1. History, description of the species

topographical description of the country

and the climate, 10 figures, 10 tables

1. History, description of the species

topographical description of the country

and the climate, 10 figures, 10 tables

1794.

description of the Lizard, topographical

description, 10 figures, 10 tables

1795. description of the Lizard, topographical

3

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

EXCEPTIONE NON ADIM- PLETI CONTRACTVS

QVAM

IN ALMA ET PERANTIQA ELECTORALI ACADEMIA
ERFURTensi

INDVLTV ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE

SVB PRAESIDIO

DN. IO. IVSTINI WEISSMANTEL, ICT^{TI},

FACVLTATIS ASSESS. ET PANDECTAR. PROF. PVBL. ORD.

P. T. DECCANI

DIE VII. APRIL. M.DCC.XC.

PRO GRADV LICENTIATI

EIQVE ANNEXIS PRIVILEGIIS ET HONORIBVS RITE
CONSEQVENDIS

IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI

PVBLINE TVERITV

A V T O R

HENRICVS ERNESTVS FERDINANDVS

A WEHREN

BVDERSTADIENS. EICHSFELDIACVS.

EX OFFICINA HENR. RVD. NONNII, ACAD. TYP.

1790

DISSEMINATIO IN VAGABUNDIS IUDICIA

DE

EXCEPCTIONE NON AD
PRESUMPTIONE

6 A M

IN VENIA ET TERRANT QVATRAGEOZI ACADEMIA

ERIBALIENSIS

IMPULSA HILLES RIBACKAETATIS IUDICIA

SACRA REPARATIO

DN^o IO. 1423 UNI WESSUMNTI TQ^m

ACADEMATICIS ASSIS. ET FUNDATOR. PROS. JAS. OHL.

Q. A. DEGOM

WIE ZU ALM. MU. GEG.

PRO ORVADA HODINTU

EDAE ANNEKES DRUJENS ET MONSACHTIE

COAPEOENDIE

IN VADITIO. ET TITUS SOTTINI AVTINIE

THERON. THERON

A T O H

HEMINGAS HINNEDAS HIRDINMUT

A

WHDH

DAHERTIE. DAHERTIE. DCHERLIE

EX DICITIONE HINN. RIB. MONING. 1423. 2



§. I.

Quum Iure naturali finis contractuum bilateralium sit, ut mutuis hominum indigentia subueniatur, sequitur, in hisce contractibus ab uno contrahentium eo animo aliquid praestari, ut vicissim ab altero quid praestetur; cessat igitur hisce in contractibus animus donandi & potius præstationes mutue virinque sibi iniucem insunt per modum conditionis. (a) Præstito hinc ab una parte promisso & deficiente ab altera parte præstatione reciproca, nec ille promisso suo stare tenetur, sed potius datum repetere potest. Perfidia unius partis est igitur modus tollendi seu abrumpendi obligationem ex altera parte. (b)

(a) *Grotius* Jur. Bell. ac Pac. Lib. 3, cap. 19, §. 14.
A 2 cap.

cap. 21. §. 11. Puffendorf de Iur. Nat. ac Gent. Lib. 5.
cap. 11. §. 9.

(b) Grotius Lib. 2. cap. 15. §. 15. Puffendorf l. all.

§. II.

Non solum autem quis propter alterius perfidiam a pacto recedere potest, sed sepe etiam propter suspicionem solam, ne alter perfide agat, præstationem promissi ex sua parte differre potest, donec alter contrahentium, aut ex sua parte impleuerit, aut sufficientem de futuro implemento cautionem præstiterit. Non autem hic quævis vana suspicio admittenda, sed ea tantum, quæ probabilibus rationibus minuta est, qualis v. g. neutiquam est, si in altero contrahente vnum vel alterum vitium, fidem ceterum haud tangens, deprehendatur; quid? quod fin etiam vitia vni inhærentia fidem actu tangent, alteri contrahentium autem iam ante initum pactum cognita fuerint, tunc eo ipso dum altero pacetur, suspicioni exinde resultante renuntiasse videtur. Pertinent huc, quæ tradit Hobbesius in tract. de ciue cap. 2. §. 11. verbis. „Pacta, quæ fiunt in contractu, vbi fides mutua est, neutrō quicquam statim præstante, in statu naturæ, si iustus ex virtuosis parte metus oriatur, sunt inualida“ ad quem locum statim in annotatis addit „hisi causa metus noua exiat, ex facto vel alio signo voluntatis non præstandi a parte altera, metus iustus censeri non potest. Causa enim, quæ impedire non poterat, quin paciceretur, impedire non dabit, quin pacatum præferet.“

Puffendorf de I. N. ac G. Lib. 3. cap. 6. §. 9.

§. III.

§. III.

Hancce iuris naturalis dispositionem hactenus explicatam leges positivæ etiam certo modo agnoverunt, expresse dicitur in cap. 75. de regul. Iur. in 6to frustra sibi fidem seruari ab eo quis postulat, cui fidem a se præstitam seruare recusat: Iung. L. 16 D. de transact. L. 21. in C. de Pactis. Licet quidem iure ciuili propter perfidiam viuis contrahentium alter neutiquam id, quod iam præstitit, repetere posset, (si a contractibus innominatis discesseris, de quibus infra) sed potius ad id, vt alter etiam ex sua parte contractui satisfaciat, agere debeat, id tamen legibus ciuilibus cautum est, vt nullus ex contractu bilateralis efficaciter agere queat, nisi prius ex sua parte contractum impleuerit, aut saltim sese ad implementum debito modo offerat. Neutro horum facto ei exceptio non adimpleri contractus seu implementi non sequi semper obstat; quam exceptionem paucis illustrare mihi nunc est animus. Extat quidem de hoc argumento iamiam Gabriel. Schwederi dissert. quæ Tubingæ 1688 prodiit; quium autem ista mihi nunquam in oculos & manus venerit, quatenus cum præsenti conspiret, nec ne, diiudicare haud valeo.

§. IV.

Quod igitur nostram exceptionem attinet, ea iuri ciuili quidem quoad nomen, neutiquam autem quoad rem incognita est, & quidem plerumque Iureconsulti L. 13. §. 8. D. de action. emti & vendit. tanquam sedem & fundamen-

tum illius allegare solent; ubi dicitur: offerri pretium ab emtore debet, quum ex emto agitur; & ideo & si pretii partem offerat, nondum est ex emto actio. Venditor enim, quasi pignus retinere potest eam rem quam vendidit, æquali tamen iure etiam L. 25. D. eod. nec non L. 5. § 4. D. de dolii mali & met. except. & L. 5. C. de evictione, hoc referri possunt, in qua ultima Lege, nomine exceptionis dolii venit, nec immerito; cum omnibus enim exceptionibus exceptio dolii mali generalis concurredit L. 2. §. 5. D. de dol. mal. & met. except. L. 12. eod. et si enim actor ab initio nihil dolio malo fecerit, attamen nunc petendo ac actionem temere instituendo, nondum a sua parte contracta adimpleto, dolio agere & petere videtur all. L. 2. §. 5. d. dol. mal.

S. V.

Textus pro fundanda nostra exceptione in Spho præced. allegati loquuntur quidem solum de contractu emtionis & venditionis, recte autem ad omnes contractus bilaterales nominatos æqualiter tales, ubi actor vel prior vel eodem tempore ad adimplendum contractum obligatus est, extenditur; (a) eius enim ratio in ipsa æquitate naturali, quæ in omnibus dictis contractibus eadem est, latet. Tunc autem demum, actorem contractui satisfecisse, dici potest, quum ex esse id præstítuit, quod ei secundum contractus tenorem præstandum erat. L. all. 12. §. 8. D. de A. E. V. & si forsitan contractui unum alterumve pactum adiectum sit, etiam huic ante omnia morem gerere tenetur. (b)

(a) Böhmer, doctr. de action. Sect. II, Cap. VIII, §. 108.
not.

not. e. Wernher Obs. forens. Tom. I. P. I. Obs.
149.

(b) Berger supplem. ad Discept. forens. P. II. Tit. V.
§. 10.

§. VI.

Verba all. Leg. 13. §. 8. D. de A. E. V. „nondum est ex-
emto actio“, occasionem nobis disquirendi suppediant, num
actio ex contractu bilaterali & qualiter tali demum potest eius
implementum nascatur? quod negandum est; hi enim
contractus omnes ad consensuales pertinent, de quibus tri-
tissimi iuris est, eos solo consensu perfici; simulac igitur
e. g. in emtione & venditione contrahentes de re vendenda
& pretio soluendo, certo conuenerunt, statim etiam contractus
perfectus, & causa formaque ciuili sua, quæ ius agendi produ-
cit, prædictus est, pr. I. de emt. vendit. L. 2. §. 1. D. de contra-
henda emt. Ut autem hoc agendi ius effectu haud desistatur,
ex parte emtoris agentis preti oblatio & ex parte ven-
ditoris agentis, rei traditio tanquam implementum contra-
ctus subsequi debet. Verba Leg. nondum est ex emto actio,
igitur non ad natuitatem actionis, sed tantum ad eius effe-
ctum referenda sunt.

Lauterbach Coll. Th. Pract. Lib. 19. tit. I. §. IV.

Wernher Tom. II. P. VI. Obs. 337.

§. VII.

Dictum est §. V, exceptionem non adimplenti contra-
ctus in omnibus contractibus bilateralibus, locum habere;

Dunc

nunc igitur de singulis in specie agendum est. Ocurrat autem 1) in contractu emtionis & venditionis, tam ex parte emtoris, quam venditoris, prout hic vel ille ad implementum agat. Neuter enim contrahentium in hoc contractu prior contractum implere debet, eius autem, qui prior agit, est ut implete. Obstat igitur emtor, qui contra venditorem ad rem venditam tradendam, agit, quum ipse pretium nondum soluerit nec obtulerit L. I. §. 8. D. de A. E. V.; quae solutio aut oblatio totalis esse debet, nec sufficit, si pro parte facta est. per d. L. I. §. 8. Elegans huius rei exemplum etiam deprehendimus in L. 78. §. 2. D. de contrah. emt. vbi expresse dicitur: ut si emtor, duobus heredibus relictis, deceperit & unus heredum pro sua parte pretium soluat, ex empto tamen cum venditore agere nequeat, additratione „quoniam ita contractum aes alienum diuidi non potest“, quanquam enim alias aes alienum inter cohaeredes ipso iure sit diuisum, hic tamen secus est: venditor enim rem venditam donec pretium totum solutum fuerit, quasi pignoris loco retinere potest, causam pignoris autem indiuividuam esse, inter omnes constat. (a) Nec dictis obstat L. 4. §. 9. D. de Legat. III, quippeque tantum de re adhuc emenda, neutquam autem de re iamiam actu emta, de quo casu in praesenti sermo est, loquitur. Regulariter igitur pretium totum ab emtore solvi aut offerri debet, si emti occasione cum effectu vti velit; tunc tamen etiam partiaria solutio ad hunc finem consequendum sufficit, si pretium diversis sit constitutum pensionibus, tunc enim statim prima pensione

soluta

soluta aut oblatata, emtor cum effectu aget, de cæteris enim venditor fidem habuisse videtur. (b)

(a) *Voetius* Comment. ad Pand. Lib. 19. tit. I. §. 1.

(b) *Huber* præt. ad Pand. Lib. 19. tit. I. §. 4.

§. VIII.

Notandum etiam adhuc est, vt oblatio pretii realis ex parte emtoris requiratur; non solum igitur verbaliter pretium offere, sed etiam ad soluendum statim paratus esse debet; sin venditor sit in mora accipiendi, emtori ad sepe plene liberandum, confignatio & depositio iudicialis suadenda est. (a) Tunc tamen si venditor pretium in iudicio oblatum acceptare recusat, solam verbalem oblationem sufficere, statuit Wernher. (b) Tandem oblatio pretii etiam sit ultro-nea id est, licet istud venditor, nec petat, nec de eo non soluto in iudicio excipiat. (c) Cæterum si fides emtori de pretio habita fuerit, aut is venditori volenti alio modo vicem solutionis subeunte, satisfecerit, ei exceptio nostra haud nocebit. (d) Fidem autem de pretio habitam esse, in dubio haud presumendum, sed potius quum facti sit, probandum est. Semel autem fide habita, ne cautio quidem futuræ solutionis causa exigi potest, nisi nouis ex causis fides emtoris suspecta fiat.

(a) L. 9. C. de solutionibus.

(b) in sel. Obseru. for. Tom. II. P. VI. Obs. 337. in fin.

(c) *Franzkius* ad Dig. Lib. 19. tit. I. n. 15. seqq.

(d) L. 11. §. 2. D. de A. E. V. L. 19. §. 53. D. de contrah.

emtr. §. 41. I. de rer. divisi.

B

§. IX.

10

§. IX.

Hactenus de emtore: simili autem ratione etiam venditori ex contractu emtionis venditionis contra emtorem ad soluendum pretium agenti, si ex sua parte rem venditam nondum tradidit, nostra exceptio impedimento erit, ne in lite mota victoriam obtineat. (a) Ut autem venditor sese contractui satisfecisse, asserere possit, rem etiam secundum naturam & tenorem initii contractus tradere debet, hinc e.g. haud sufficit, si rem quidem tradidit, ast seruitutibus aut hypothecæ, ignorantे emtore, obnoxiam. (b) Probatio tamē dominii, ad implementum contractus haud pertinet, (c) quum de iure civili sufficiat, transtulisse vſu capiendo conditionem, nisi venditor sciens dolo malo rem alienam vendiderit. (d) Iis etiam in locis, vbi resigratio iudicialis in alienationibus rerum immobilium ad earum dominium transferendum necessaria est, hac nondum secuta nec venditor plene contractum impleuit. Quæritur etiam, si plures res vno pretio venditæ, & quædam ex his tantum traditæ sunt, an tunc contractus pro impleto haberi possit? Vi leg. 34. pr. D. de edicto ædilit. distinguendum est, in vniuersas an in singulas res pretium statutum sit. Priori casu implementum contractus, rebus quibusdam tantum traditis, minime secutum est, hincque exceptio obmoueri potest, quorfum etiam pertinet L. 5. C. de euictionibus; posteriori autem causa venditor impleuit exceptioque cessat, nisi forsitan constat, emtorem non fuisse emturum, nisi omnes coniunctim, tunc enim

enim una venditio censetur, licet pretium in singulas res statutum sit L. all. 34. §. 1. (e)

(a) L. 25. D. de A. E. V. L. §. 4. D. de dol. mai. & met. except.

(b) L. i. §. 1. L. 39. D. de A. E. V.

(c) Leyser med. ad Pand. Vol. III. spec. 208. med. 1. & 2.

(d) L. 30. pr. D. de A. E. V.

(e) Lauterbach Coll. Theor. Pr. L. 19. tit. 1. §. 25.

§. X.

Exceptio, de qua nobis sermo est, spectat II) etiam ad contractum locationis conductionis; non tamen indistincte. In hoc contractu scilicet alteri usus rei aut operae pro certa mercede praestantur, & prono inde alueo fluit, conductorem sese demum percepto rei usu aut praestitis sibi operis, ad mercedem soluendam obligasse; ponas igitur, eum contra locatorum agere, vt sibi rei usum aut promissas operas praestet, certe intentioni sua exceptio nondum adimpleti contractus, seu quod idem est, nondum mercedis soluta, neutrino obstat, ipsa contractus natura requirente, vt locator prius impleat contractum. Nec L. 54. §. 1. D. Locati, nec L. i. §. 4. D. de migrando, huic sententiae contraria est; in illa enim lege conceditur quidem locatori contra conductorem exceptio dolii, cuius nomine exceptio implementi non secuti siue venit, vti iam §. IV. dictum est, ast Ictus Paulus de speciali tantum casu, vbi locationi speciale pactum adiectum, respondit, in quo ex circumstantiis adductis exceptio dolii omnino admittenda erat; in hac autem Vopianus

12

de pigniore intuitu mercedis constituto agit, & recte decidit, nexus pignoratuum, praestita ad praeterlapsum tempus mercede, neutquam cessare, sed potius ob futuram praestandam mercedem adhuc durare.

S. XI.

Patet autem ex antedictis, rem intuitu locatoris longe aliter comparatam esse; hic enim tamdiu ac usum rei locatorum conductori per tempus definitum nondum prabuit, aut promissas operas praestitit, obligationi sua nec satisfecit, huic igitur aduersus conductorem ad mercedem soluendam, agenti, omnino exceptio, tu ipse nondum impleuisti, adueratur Arg. L. 9. pr. L. 24. §. 4. D. Locati, conducti. Sin autem in locatione certus terminus soluenda mercedis constitutus sit, hoc veniente, locator recte contra conductorem agit, licet hic fructus seu usum rei nondum plene perceperit. In locatione ad plures annos facta, queritur, quoniam tempore merces praestanda, an singulis annis aut toto locationis tempore demum effluxo? Merces vel singulis vel omnibus annis coniunctim determinata est; illo casu, in cuiuslibet singuli anni fine, tot enim censentur locationes, quot pensiones (a) hocce autem in casu finito demum toto locationis tempore merces praestanda est.

(a) L. 29, L. 140, D. de verbis obligat.

S. XII.

Obtinet porro exceptio non adimpleti contractus III) in contractu emphyteutico. Sic e. g. dominus directus contra

tra emphyteutam ad canonem soluendum, emphyteusi nondum tradita, agens, a limine iudicii hac exceptione repellitur; canon enim in recognitionem domini directi præstatur, re autem nondum tradita, neque dominium recognosci potest; quod etiam procedit, si emphyteusis quidem tradita, ast dominus directus alio modo contra legem contractus agat; quale exemplum est apud Leyser med. ad Pand. spec. 103, med. I. quum enim quidam imperii comes emphyteutis suis ad certum canonem nomine Vorshafteis obligatis, prædia quidem relinqueret, sed ius pascendi & lignandi in ipsius nemoribus, quod hucusque exercuerant, circumscriberet & ex parte ad imeret, ICti Vitebergenses ad implementum non secutum respexerunt & contra actorem pronunciarunt. Idem dicendum erit, si dominus directus contra nouum emphyteutam, quem tamen cum emphyteusi nondum uestiuit, de non soluto laudemio conqueratur; laudemium enim pro receptione soluitur, qui igitur nondum receptus, nec ad illud soluendum adstringi potest. Pariter etiam, si emphyteuta agat contra dominum, ad restitutionem fundi emphyteutici, rete dominus de non soluto canone ideoque a sua parte haud impleto contractu excipiet. Zanger de except. Part. III. cap. 23. n. 16. IV) Usus huius receptionis sese etiam exercit in contractu societatis. Socius enim hac exceptione contra socium defenditur, qui lucrum communicare, aut damnum resarcire non vult, & interim tamen actione pro loco vtitur. (a)

(a) Berger suppl. ad El. D. sc. for. P. II. Addit. ad Tit. V. § 4. L. 29. D. pro loco.

§. XIII.

Quæ haec tenus de contractibus nominatis, æqualiter tamen libis, dicta sunt, pertinent etiam, non quidem iure romano, bene tamen hodierno ad contractus innominatos. Contratuum innominatorum iure romano talis erat conditio, ut causam suam ciuilem demum ex implementi præstatione & acceptatione acciperent (a) re nondum secuta erant nuda pacta bilateralia, ex quibus actio non competebat (b) & actioni intentate exceptio non competentis actionis obstat. In eo enim consistit discrimen nominatorum & innominatorum contractuum, quod ex illis possit competere actio, licet nihil datum, vel factum sit; ex hisce vero non aliter, quam si ab altero contrahentium aliquid datum vel factum fuerit (c); quia facultas penitendi semper tamdiu ac implementum ab utraque parte non securum libera est, ita ut etiam dans tamdiu ac alter nondum impleuit, datum cum omni causa per conditionem causa data, causa non secuta repetere possit (d). Ipsa indeoles contractuum innominatorum igitur impedimento est, ne exceptio non adimpleti contractus, in eis locum habeat. Hodie autem plane alia iuris philosophia hacce in materia utimur; tam iure canonico (e) quam moribus omnia pacta serio & deliberato animo inita apud nos perfectam obligationem & ius agendi producent, nullo habito respectu ad differentiam juris romani inter pacta & contractus, nominatos & innominatos, hinc & in contractu sic dicto innominato e. g. permute one, hodie ius penitendi plane exculat (f) & ex permutatione rite inita statim vpus contrahentium iure agendi ad implendam permutationem con-

conta alterum fruitur, modo ex sua parte prius implevit, alias ei nostra exceptio recte obicietur. (g)

- (a) L. 7. & 10. C. de Pactis.
- (b) L. 3. C. de rer. permut. & prasc. verb.
- (c) Meinius P. VIII. dec. 319.
- (d) L. 5. pr. D. de cond. causs. dat. causs. non sec.
- (e) Cap. 1. & 3. X. de pactis. Negari interim nequit haec, anquam Germanis ius canonicum innoverit, principia iam vsu seruata fuisse; semper enim apud eos valuit paroemia: „ein Wert ein Wert; ein Mann ein Mann,” etiam olim Germanis laus fuit “nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse” Tacitus Annal. Lib. 13. cap. 54.
- (f) Wernher Obs. forens. Tom. I. P. II. Obs. 380. n. 44. sqq.
Puffendorf Obs. iur. vniu. Tom. Obs. 60. §. 4. Stryck. Caur. Contr. Sect. III. ep. V. §. 4. Id. Vf. Mod. Pand. Lib. II. Tit. XI. V. §. 5. Carpzouius equidem Def. for. Part. III. C. 33. d. 23. sententia contraria adstipulatur, sibi ipsi autem, notatio Stryckio in V. M. P. all. 1. contrarius est, quum in P. II. C. 19. d. 17. fateatur, pactum hodie eiusdem efficacit esse cum stipulatione: hec autem etiam de iure romano contractui innominato v. g. permutationi adiecta, penitentiam excluderet. L. 3. C. de Rer. permut.
- (g) Bæhmer de Action. Sect. II, Cap. 9. §. 7.

§. XIV.

Restat, ut etiam de contractibus bilateralibus inaequalibus dispiciam, an in iis exceptio non adimpteti contractus locum sibi vindicet. Dicuntur autem vulgo, contr. bilaterales inaequales, in quibus ab initio unus contrahentium tantum principaliter ex ipso contractu alter vero ex post facto
demum.

demum minus principaliter occasione contractus obligatur; seu ex quibus actiones non utrinque directe orientur, sed tantum directa intuitu unius, & contraria intuitu alterius contrahentis; pertinent huc ex contractibus veris, mandatum, depositum, commodatum & pignus. Explicata horum contractuum natura, usum exceptionis nostrae in eis plane negare, haud dubito; quippeque semper, mutuam & certa determinatam contrahentium obligationem statim ab initio contractus adesse, supponit, quod autem in dictis contractibus cessat. Nec L. 9. §. 3. D. de pignoratitia actione, me mouet, ut aliter sentiam; verba legis sunt: „omnis pecunia ex soluta esse debet, aut eo nomine satisfactum esse, ut nascatur pignoratitia actio, & in §. 5. dicitur „qui ante solutionem egit pignoratia, licet non recte egit, tamen si offerat iudicio pecuniam, debet rem pignoratam & quod suum est consequi..” Maximam similitudinem inter hanc & L. 13. §. 8. D. de A. E. V. (quam §. iv. ad stabiliendam nostram exceptionem allegavimus) deprehendi, ex earum comparatione liquet; nihilominus tamen praesentem Legem diligenter inspiciunt, statim apparebit, Ulpiani sententiam eam esse, vt actio pignoratitia demum soluto debito nascatur, quod & principiis iuris quam maxime consentaneum, antea enim deficit ius agendi & plane nulla competit actio, hinc & actionem pignoratiam ante litionem pignoris institutam exc. deficientis fundamenti agendi & sic non competentis actionis statim euerteret. Haec autem omnia seca se habent intuitu L. 13. §. 8. D. de A. E. V. quippeque tantum impedimento est, ne actio iamiam nata cum efficacia institui queat, ut supra

supra §. 6. demonstratum est. Obiter tantum, ne dicta promeritis tricis habetas, moneo, multum interesse ratione præscriptionis, actio an sit natura, nec rite, quum regula iuris certa sit; actioni nondum natura, nulla currit præscriptio: quod exemplo actionis pignoratitiae videre licet, quippe cui ante lutionem pignoris haud præscribitur.

S. XV.

Perspectis nunc singulis contractibus, in quibus exceptio implementi non secuti prodest, de eius indole & qualitate quædam mihi dicenda sunt. Ratione suæ indolis neque mere dilatoris neque mere peremptoriis exceptionibus accenseri potest, quum enim ius agendi non in totum, sed in tantum excludat, & per se secutum implementum plane evitari possit, facile patet, per se & sua natura peremptoriam neutram esse; econtrario nec mere dilatoria est, impedit enim litis ingressum, & post litem contestatam, quin & in ipsa executione haud reicienda est, quæ omnia naturæ exceptionum dilatoriæ alias repugnare. Recte igitur Brunnemann Proc. civ. Cap. 7. n. 26. eam ad anomalas seu mixtas, id est, tales dilatorias, quæ post litem contestatam adhuc opponi possunt, refert. Reus igitur tam ante quam post litem contestaram, quin & in ipsa executione ea adhuc uti potest. Hæc exceptio enim sententiam non arguit iniquitatis, nec ad eius rescissionem tendit, sed reus condemnatus parere vult, modo ab auctore fiat vicissim, quod a quum & sui officiis sit; & quum ipsi actioni quasi insit, simulque cum ea in iudicium deducta videatur, etiam plane a reo omissa a iudi-

C

cc

ce ex officio suppleri potest. (a) Licet etiam alias reus exceptiones actioni oppositas probare teneatur, hic tamen fecus est, & potius probatio, se adimpleuisse, actori incumbit; non quidem ea ex ratione, quia haec exceptio negativa est, (nam regulam in praxi olim usitatam, negatiuam directe non posse probari, nec probandam esse, iam dudum Cocceius in diff. de directa probatione negatiuæ, pluribus explosit) sed quia actoris est, omnia remouere, qua efficaciam actionis suæ impeditre possunt, quod de nostra exceptione dicendum est (b); quam probationem actor non solum quoad substantialia contractus, sed & quoad pacta adiecta tanquam accidentalia succipere tenetur. (c) Ne autem actor animis & superuacuis probationibus oneretur, reus hanc exceptionem haud in genere, sed in specie allegare debet, id est, ut exprimat quonam in capite actor contractui nondum satisfecerit Contra quam actoris probationem, denuo etiam reo reprobat, tanquam medium defensionis denegari nequit.

(a) Lauterbach l. all. §. 4. Bæhmer dissert. de iud. ex officio proced. in proc. ciu. Cap. IV. §. 11. n. 3.

(b) Alii quidem e. g. Stryck V. M. Lib. 19. Tit. 1. §. 2. n. 4. rationem in eo querunt, quia actor in implemeuro omne suum fundamentum ponat; ast ex mea quidem sententia minns recte: nam supra §. iv. probatum est, actionem in contractibus bilateralibus æqualibus non demum secuto implemento, sed potius statim contractu perfecto nasci; ubi autem actio nata, ibi nec fundamentum agendi deest nullo respectu ad consummationem contractus habito: nec libellus, quo actor nullam implementi contractus mentionem fecit,

fecit, tanquam ineptus relictur, quod omnino faciendum esset, si implementum tanquam fundamentum & causa agendi consideranda esset. Consultius tamen agere auctorem, si in libello, se contractui iamiam satisfecisse, aut saltim ad id paratum fuisse, & adhuc esse, adducat, haud nego.

(c) Contrariam sententiam fouter *Carpzonius* Process. lit. 22. art. 3. §. 10. num. 95. seqq. quem tamen refutauit *Berger*. in supplem. ad El. disc. forens. P. I. Tit. 5. §. 10.

§. XVI.

Ex Spho antecedenti iam elucescit, hanc exceptionem multis priuilegiis gaudere; quibus adhuc addendum, ut & in omni processus genere, hinc etiam executiuo locum habeat. Nihil enim impedit, quo minus ex instrumento super contractu bilateralis consecro, executiuo agi possit; hoc autem permisso, nec reo facultas nostra exceptione vtendi adimi potest. Quanquam enim de regula in hoc processu nullae exceptiones, nisi in continentia liquidæ, admittantur, haec tamen exceptio quum ex ipsa negotii natura fluat, semper pro liquida habenda est: (b) quin nec nocet, si instrumentum ab auctore prolatum a reo mediante iuramento confirmatum sit. (c) Hoç ipso autem processus executiuus minime excluditur, sed sistitur tantum donec de implemento ex parte actoris sequitur constet; (d) sicuti autem in processu ordinario nil interest, ante an post litem contestatam opposita sit, æquali modo etiam hic tam ante, quam post recognitionem obiici potest, modo eiusmodi instrumentum non in contumaciam rei pro recognito habeatur, tunc enim reus statim condemnandus est; (e) sententia sola autem de re.

C 2

cogno.

cognoscendo documento sub pena recogniti æqualem effe-
ctum neutquam habebit. (f)

- (a) *Carpzou Process. tit. 22. art. 3. §. 10. n. 89.* Berger el.
Proc. exec. th. 29. seqq. Wernher Tom. I. P. III. Obs. 172.
- (b) *Lesser Vol. VII. sp. 513. med. 11. 12.*
- (c) *Wernher suppl. ad Obs. for. P. I. Obs. 210.*
- (d) *Zanger de except. P. III. cap. 23. n. 3.*
- (e) *Berger all. I. th. 32. & 33.*
- (f) *Wernher Tom. I. P. IV. Obs. 198.*

§. XVII.

Duo adhuc circa indolem exceptionis nostræ monen-
da sunt: 1) an etiam inter mercatores locum habeat? pro-
lixe hanc quæstionem ventilauit Berger El. pr. exec. thes. 34.
& affirmauit simulque argumentis a Carpzonio in contra-
riam sententiam allatis, solide, more consueto, satisfecit,
2) etiam quæstio decidenda est, an tertio & contra terium
competat? utrumque negandum esse mihi videtur: quoad
primum finge casum; Titus rem suam Sempronio locauit,
durante adhuc locationis tempore, eandem rem Mævio ven-
didit, hic tanquam emitor pretium venditori suo Titio non-
dum soluit, & tamen condicorem Sempronium a locatione
expellere intentat, instituta hunc in finem contra eum con-
dictione ex L. 9. C. de locato, certe locator frustra exceptio-
ne nondum soluti pretii sese tueri conatur, quum hoc casu
et exceptio de iure tertii, quæ haud attenditur. Quod au-
tem alteram attinet, regula iuris, res inter alios acta, aliis
haud necet L. 74. D. de regul. iuris, notissima est, quæ igi-
nur

tur etiam impedimento est, ut tertio per non adimpletum inter contrahentes contractum iniqua inferri possit conditio. Contraria sententiam, auctoritate Berlichii munitus, fons quidem Leyser sp. 51. med. 3. 4. ast absque sufficienti ratione. Nec casus all. loco obvius nec Ll. citatae hoc probant. Casus sequens est: vasallus quidam mutuum contrahit, & bona sua omnia atque inter hæc feudum, creditori pignorat. Consentit dominus directus, sed sub modo, ut scilicet pecunia credita in solutionem debitorum feudalium &c. impendatur. Hoc non facto, & reuerso feudo ad dominum, creditor contra eum ob debitum, consensu suo munitum, agit; ast dominus ei exceptionem non sequenti implementi seu potius modi non impleti opponit, ea ex ratione, quod pecunia in feudum haud sit versa; & certe dominus directus, antequam creditor versionem in feudum probauerit, ad soluendum debitum adstringi nequit. Videtur quidem, ut ex hoc exemplo probari possit, exceptionem nostram tertio cum effectu obiici posse; sed minus recte, in supposito enim casu creditor intuitu domini directi neutiquam pro tertio habendus est: dominus enim directus impertiendo consensum suum in feudi oppignorationem concurrit ad contractum a vasallo cum creditore initum, & minus principaliter exinde, nempe eum in eventum, si feudum ad eum, debito nondum soluto, reuersum fuerit, obligatur: is autem, qui quoquo modo ad obligationem iusue inter contrahentes concurrit, pro tertio intuitu contrahentium haud reputandus est nec vice versa contrahentes intuitu eius. Notione *tertii* autem

C. 3. de con. (166995) sic

sic rite concepta nec L. 27. D. de reb. creditis nec L. 7. D. de excrecit. actione, quas Leyser cit. l. in contrarium allegavit, amplius sententiae nostrae obstabunt. R. C. Henne respond. Dienemann diff. de exceptione ad ius tertii pertinente plane inutili. Erford. 1778. §. 1. & 4.

§. XVIII.

Sunt autem casus, quibus exceptio hactenus explicata, plane cessat, qui nunc perlustrandi sunt. Pertinet huc 1) si ab initio contractus conueniat, quisnam contralientium prior implere debeat; si e. g. in emtione & venditione expressum sit, ut prius venditori satisfiat in pretium, vel contra, ut prius emtori res tradatur, (a) aut si locationi conductioni pacatum de prænumeranda mercede adiectum sit. 2) Nec obtinet exceptio, si contractus intuitu actoris pro impleto habendus est. Habetur autem pro impleto, vel quia per eum ipsum, cuius interest impleri, fiat, quo minus impleatur, vel quia casu fortuito impeditur actor, ne implere possit; sic e. g. vendor pretium ab emtore exigit, licet res vendita ante traditionem casu perierit, (c) Sic etiam ferui mercenarii ægrotantes mercedem promissam optimo iure petunt. (d) 3) Reus ea vti nequit, vbi contractum plane negat, aut eius validitatem, aliis exceptionibus infringere studet, cum exceptio non adimpteti contractus sine valido contractu cogitari nequeat, (e) 4) In processu executivo haud attendenda erit, si reus, sibi iam satisfactum e. g. pretium rei vendita iam solutum esse, confessus sit & hinc exc. non soluti prej. renuntiauerit; nec ad hanc confessionem & renuntiatio-

nem

nem peculiari schedula aut appendice opus est, sed sufficit eam in ipso instrumento e. g. emtionis & venditionis formula consueta "um und sic o thl. welche Barkäuser zu treuen Händen bereits empfangen, und darüber auss rechtbeständigste andurch seinem Herrn Käufer quittiret" factam esse. Per modum reconventionis tamen ex post adhuc in indicium deduci posse, omnino certum est.

- (a) *Cuiacii Obseru. Lib. 23. cap. 15.*
- (b) L. 161. D. de regulis iur.
- (c) L. 5. §. 2. D. de refc. ind. emt. vend. L. vlt. C. de peric. & commod. rei vend.
- (d) *Leyser sp. 213. med. 5.*
- (e) *Wernher Tom. II. P. VI. Obs. 337.* hoc autem tantum ita intelligendum est, reum hoc in casu non tanquam litis ingressum impidente uti posse; neutiquam autem incorriguum est, vt e. g. opposita contractui emtionis venditionis exceptione doli aut erroris vel metus, eventualiter etiam reus except. rei nondum tradita annexat, pluribus enim exceptionibus, etiam sibi contrariis se defendere permisum est.

§. XIX.

Discernenda quoque nostra exceptio est ab aliis quibusdam exceptionibus, quibuscum multum similitudinis quidem habet, nihilominus tamen ab eis diuersa est. Hunc in censem referenda est 1) exceptio non numerata pecuniae, inter quam autem & nostram sequentes differentiae intercedunt. 1) Oritur illa ex contractu unilaterali, nempe mutuo, nostra

nostra semper ex contractu bilateralis. 2) Illa est temporalis & post biennium haud admittitur, (a) haec autem est perpetua, & nullo tempore præcluditur. 3) Altera est peremptoria, ita ut numeratione pecunia non probata, totam causam perimat & reus definitiue absoluï debeat: altera autem tantum est dilatoria (sicut nec mere dilatoria sit, sed ad anomalas seu mixtas, vii supra §. XV. dictum referri debeat) & item tantum differt. Simulac enim actor adhuc ex sua parte contractum implet, amplius vrgeri nequit, nisi Lex Commissoria contractui sit adiecta. 4) Exceptio n. n. pecuniae confessionem rei, se aliquid accepisse, supponit; exceptio non impleti contractus talem confessionem haud requirit. (b) 5) Illi in ipso contractus instrumento haud valide & cum effectu renuntiatur; bene tamen huic, vii §. prædictum est; (c) illa omissa a iudice ex officio non suppletur, omnino autem nostra.

(a) L. 14. §. 3. C. de N. N. Pecunia. Praxis tamen etiam post biennium reum hacce cum exceptione adhuc admittit, si eam probare paratus sit (erit ergo hoc casu saltim ratione probationis a nostra diuersa). Quær. An etiam in processu executivo exc. n. num. pecuniae admittenda sit? Alii Icti eam in processu executivo plene exulare contendunt, nisi in continentia probari possit, quod iure communii haud admittendum est; inest enim ipsi chirographo, & hinc resultanti actioni, simulque cum ea in judicium deducta esse videtur. In Saxonia tamen haec sententia confirmata est per Ord. Proc. Recogn. Append. §. 8. verbis: Wie dæm insonderheit solches u. l. w. Alii Icti autem exc. n. num. pecuniae in proc. executivo quidem admittunt, ast tantum intra bien-

biennium. Alii denique etiam adhuc post biennium, modo reus eam in continenti probare possit; quæ seutem nec æquitati repugnat, quin potius conformis est. Illicitas enim exactiones prohibentur, iniquissima autem est exactio, si reus in continenti probare volens, sibi pecuniam numeratam non esse, haud audiatur. Müller ad Struvii syntagma Iur. civilis Ex. 16. thes. 50. not. γ. Quomodo autem, in continenti probari possit, docet, Idem ibid.

(b) Müller l. c. thes. 55. not. γ.

§. XX.

II) Vna eademque esse videtur, cum exceptione euictionis, quum ob euictionem imminentem emtor ad pretium soluendum haud compelli, sed potius id retinere possit, vsque dum vendor euictionis nomine satis dederit, (a) eodem modo ac si res nondum tradita esset. Differunt autem nihilominus 1) ratione probationis; exceptionem imminentis euictionis reus, (b) except. non adimpleti contractus actor probare debet, 2) illam index ex officio haud supplet, bene tamen haec; & 3) etiam semper in processu executuio admittitur; illa non aliter, ac si in continenti ex instrumentis guarentigionatis liquida sit. (c)

(a) L. 18. §. 1. D. de peric. & commodo rei vend. L. 24. C. de euictione. Neutquam autem huc pertinet L. 5. C. eodem, in qua potius de exceptione non impleti contractus sermo est, (§. IV.) Exceptio imminentis euictionis enim supponit, autem pretium solutum item de re vendita iam motam esse vid. L. ali. 18. §. 1. & L. 24, quo de requisito autem in L. 5. C. nec vola nec vestigium est,

D

(b)

- (b) *Leyser* Vol. IV. spec. 238. med. 3.
 (c) *Hommel Rhapsod.* Vol. I. Obs. 87.

§. XXI.

Denique III) nec confundenda est cum exceptione modi non impleti. Maxima quidem inter utramque adest cognatio, & in paucissimis quidem, sed tamen differunt 1) Exceptio nostra tantum intuitu negotii bilateralis occurtere potest; haec autem etiam in pactis unilateralibus e. g. donationibus sub modo; quid? quod sepius ne pactum quidem adest e. g. in legatis sub modo, quanquam ex post per hereditatis aditionem quasi contractus heredem inter & legatarium accedit. 2) Si modus in solius legatarii fauorem adiectus sit, majis pro consilio habetur, & praecise haud adimplendus est. (a) ergo exceptio modi non impleti etiam cefsat; secus ac nostra, quippe quae contractu non completo semper locum habet, ob ius ex pacto quæstitum.

Tandem etiam Hellfeldius distinxit eam ab except. non debito modo & plenarie adimpleti contractus ratione probationis, ita ut hanc excipiens probare teneatur, (b) sed pace b. Icti quondam celeberrimi, mea quidem sententia sine sufficienti ratione; qui enim non rite & plenarie contractum adimpleuit, de eo, plane non adimpleuisse, asseri potest. vid. supr. §. V.

- (a) L. 71. pr. D. de condition. & demonstrat.
 (b) Iurisprud. for. §. 1043.

T A N T V M.

THESES.

THESES.

- I. Non datur præscriptio inter liberas gentes.
- II. Per illegitimum viuum rei vſufructuarie non amittitur vſufructus.
- III. Actioni spoliū nullæ, nisi exceptio spoliationis opponi potest.
- IV. In contractu æstimatorio dominium non transfertur in accipientem.
- V. Testamentum priuilegiatum inter liberos non rumpitur testamento posteriori priuilegiato, sed absolute testamentum solenne sit.
- VI. Per testamentum minus solenne & priuilegiatum filius a parentibus exheredari potest.
- VII. Omnia bona & præsentia quum futura valide donari possunt.
- VIII. Per quærelam inofficiose donationis tota donatio re. vocatur.

IX. De-

IX. Decimæ in dubio potius presumuntur ecclesiasticæ
quam seculares.

X. Per subsequens matrimonium legitimati in feudis exclu-
dendi sunt.

XI. Transactiones nec propter lesiones, vt aiunt, enor-
missimas, nec propter instrumenta nouiter reperta, sunt rescin-
denda.

XII. Transactio super controvërsiis hereditariis, etiam non
inspectis testamenti tabulis, inita pro valida recte habetur.

E r r a t a.

- Disp. Pag. 4. Lin. 15. dum altero, leg. dum cum altero
- - 6. - 16. recte autem ad omnes, leg. recte autem
- - 8. - 24. dicta exceptio
occasione leg. actione
Progr. Pag. 3. Lin. 5. affectuum leg. affectuum
- - 11. - 18. interpretauerat leg. emodauerat

17

corona impo. e. 17. gel. ex. 17. mub. 27. 17. 1. 17. 17. 17. 17.

17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17.

17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17.

17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17.

17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17.

ULB Halle
005 364 396

3





DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE

EXCEPTIONE NON ADIM- PLETI CONTRACTVS

Q V A M

IN ALMA ET PERANTIQA ELECTORALI ACADEMIA
ERFURTENSI

INDVLTV ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE
SVB PRAESIDIO

DN. IO. IVSTINI WEISSMANTEL, IC^{TI},
FACVLTATIS ASSESS. ET PANDECTAR. PROF. PVBL. ORD.

P. T. DECCANI

DIE VII. APRIL. M.DCC.XC.

PRO GRADV LICENTIATI
EIQVE ANNEXIS PRIVILEGIIS ET HONORIBVS RITE
CONSEQUENDIS

IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI

PVBLICE TVEBITVR

A V T O R

HENRICVS ERNESTVS FERDINANDVS
A WEHREN

DVDERSTADIENS, EICHSFELDIACVS.

EX OFFICINA HENR. RVD. NONNII, ACAD. TYP.

1790